

A. 229 || LXXXVII (1). *De pena auferenda pro carico posito inter duas coopertas* (2).

Mandamus quod si aliquod caricum positum fuerit inter duas coopertas, quicquid ualuerit naulum ipsius Q. 101* ca | rici in duplum nostro comuni patronus debeat emendare, ita quod teneamur ad carius naulum; exceptis nauibus de uictualibus caricatis, et exceptis uictualibus que ponuntur in glaua pro illis hominibus qui uadunt in nauibus.

St. Tiep. A. 48.

Var. in Q: (1) XCIX. — (2) coopertas.

LXXXVIII (1). *De pena auferenda pro mercimoniis positis super coopertis* (2).

Ordinamus quod si nauis uel aliud lignum plures coopertas habuerit, super cooperta (3) superiori mercimonie alique non ponantur, excepto eo quod per (4) nos superius est statutum. Si uero nauis uel aliud lignum A. 229* tantum unam coopertam habuerit, super illa cooper || ta (5) mercimonie alique non ponantur, similiter excepto quod per nos est superius declaratum. Quicumque uero contra hoc (6) quod positum fuerit super dicta cooperta (7) duplum naulum nostro comuni debeat emendare, ita quod tenere nos debeamus ad carius naulum quod (8) in naue uel ligno fuerit naulizatum; et intelligimus quod equi sint mercimonia.

St. Tiep. A. 49.

Var. in Q: (1) C. — (2) cooperturas — (3) si aggiunto per errore. — (4) per oresso. — (5) cooper — (6) fecerit de hoc aggiunto. — (7) dictam coopertam — (8) naulum aggiunto.

LXXXVIII (1). *De glaua ingombrata contra tenorem statuli.*

Dicimus quod si glaua aliqua alicuius nauis uel alte-

Var. in Q: (1) CI —